DE
SARCOCELE NONNULLA.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICO-PATHOGENETICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITERARIA
FRIDERICA GUILELMA
UT SUMMI
IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES
RITE SIBI CONCEDANTUR
DIE XXIV. MENS. MARTII A. MDCCCXXXIV.
H. L. Q. S.
PUBLICE DEFENSURUS EST
AUCTOR

EDUARDUS POMMER
PARTHENOPOLITANUS.

OPPONENTIBUS:
A. BEILSCHMIDT, MED. ET CHIR. DR.
H. DUHM, MED. ET CHIR. DD.
F. BOEGER, MED. ET CHIR. CAND.

BEROLINI,
TYPIS NIETACKIANIS.

VIRO

LEBERRIMO, ORNATISSIMO, DOCTISSIMO

I. L. TRUESTEDT,

ICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI, PROFESSORI RAORDINARIO IN UNIVERSITATE LITERARIA FRIDE- GUILELMA, REGI BORUSSORUM A CONSILIIS MEDICIS MIS, SUPREMI COLLEGII AD REGENDAS RES SACRAS MEDICAS ET INSTITUTIONEM PUBLICAM SODALI, RDINIS AQUILAE RUBRAE ET CRUCIS FERREAE EQUITI ETC. ETC.

FAUTORI SUMME VENERANDO

HASCE

STUDIORUM PRIMITIAS

D. D. D.

AUCTOR.

PROLEGOMENA.

ore majorum legeque universitatis litterarum jam
c componam libellum necesse, quod alias certe
dum fecissem nec experientia nec scientia satis
fisus; quae cum ita essent, mihi in animo esse
potuit novas res aut expertas aut conjecturis
atas lectoribus proponere; id tantum studebam, ut
ium conscriberem opus, quo post inire possem
licorum ordinem.

Elegi ergo ex ingenti rerum congerie morbum
isti eventu et occulto origine memorabilem, sar-
llen dico, satis quidem id persuasum habens me
ad originem melius declarandum nec ad curam
us perficiendam magna adferre posse. Obser-
tamen pluries hunc morbum, vidi atrocem et
tabilem eventum, audivi clarissimos viros de eo
itantes placebatque juveniles vires tantae rei con-
re, cum satis jam in magnis voluisse videretur.

Perlegi ergo libros hanc ad rem spectantes qua par est diligentia; sententias maxime oppositas in iis inveni et quidem auctoritatibus omnino non repudiandis sustentatas; quo sententiarum discrimine perveni eo, ut quae ipse experta habebam et a praeceptoribus per totum studiorum cursum accipiebam ad hanc rem dijudicandam adferrem, non alio studio ductus ac medicis demonstraturus, essemne dignus quem in ordinem reciperent.

Ergo tu, benevole lector, non juvenili tribuas arrogantiae, si nil respectis clarissimorum de hac re autorum sententiis propriam proferre ausus sum opinionem, contra putes me post hisce a praeceptoribus acceptis principiis fisum artem medicam tractaturum. Si vero quae minus expolita rudique ratione adlata apparent, indulgeas juveni non satis versato negotiorumque onere non raro oppresso.

Pars I.

ponens nonnullas ad physiologiam et hologiam glandularum in universum spectantes theses.

mea quidem sententia nec absonum nec alienum rri potest in morbis nec origine nec ambitu satis itis bene reputare sanum sedis statum ejusque tiones et nexum cum organismi systematibus; enim rebus satis expositis manu quodammodo ata procedere possumus in pathologiae obscuras dolori regiones. Quam ob causam et hoc loco quidem minutiori anatomiae nonnullas pagellas am, quippe quae minus ad nos pertineat, sed iologicis glandularum imprimisque testium ratio- ; animum advertam, nam, quod infra demon- o, non differt sarcocele a morbis hujus generis m glandularum alia re quam loco.

Jam primo necesse videtur arctius definire, quid m nobis systema glandularum sit. Dividimus totum organismum, exemplo majorum, in tres

partes, quibus nomen systematum indidere: systema nervosum, irritabile et vegetativum. Horum tertium duas habere videtur sphaeras; quarum prior continet organa ad nutritionem in universum praeparantia, altera organa centralia nutritionis. — Haec prior systematis vegetativi sphaera ipsum nostrum systema lymphaticum aut glandularum est. Sunt vero ejus functiones tres: absorptio rerum ingestarum, quae in ipso hoc systemate vitam animalem recipiunt, resorptio consumptarum eamque ob causam emorientium materiarum, tandem excretio emortuarum vitaque alienarum.

Quanti momenti tale systema sit corpori, jam ex brevi hac functionum definitione constat; cum materia animalis et ratione et quantitate omnis ex hisce dependeat functionibus. Non minus vero ut puto constat formationis errores in hoc prae ceteris systemate creari. Interrogamus ergo ex initio jam, quem ad finem hoc systema sit ceteris adnexum; praecipue ad materiae organicae formationem animum advertamus necesse est.

Constitutum est, ut rebus externis vitam tribuat animalem et quidem specificam generi propriam; fit ergo in his organis sempiterna hominis generatio, cum ex substantiis vitalibus actu quodammodo germinationis hisce organis perfecto fiat nova et propria vitae ratio. Quibus accedit, quod diversis hujus sphaerae locis diversa fiat animatio pro organismi varie-

tate. Quamobrem contendere possumus vitae formam simplicissimam nihilominus tamen maxime efficacem in hujus systematis circulo vigere. Non minus vero quam parat substantiam animalem, simul eam et conservat eamque ob causam resolvit materias corpori inutiles et nocivas, immutatasque organis partim reddit, partim elimitat vita privatas: ita ut eodem loco organismus omni hora nascatur et moriatur. Hic fere nobis generaliter videtur finis hujus systematis; quo satis certe excusari possunt pathologi sic dicti humorales, si maximum morborum numerum ex his organis prodire putabant.

Si porro in corpore propriam esse materiam animalem contendimus, dubium esse non potest, quin in hujus systematis circulo insit; cum in eo, ut supra demonstravimus, res ingestae primo accipiant vitam, sive animalem induant naturam, post ad organorum diversam rationem immutentur.

Contra si, ut nonnulli auctores, in organismo animali quaerimus illud punctum, quo praecipue cum regno vegetabili conveniat, ex quo ut ita dicam prodire possit non minus planta quam animal, in hoc certe systemate est situm; parat enim et plantarum organismus sibi succos proprios tribuitque eos partibus variis. Ita ut eo tantum differant, quod planta tota et omnis systema lymphaticum, corpus animale contra ex tali systemate primum sibi sumat originem.

Quae cum ita sint, maxime excultum videmus systema lymphaticum in puerili organismo, qui totus fere in hoc esse videtur. Hoc enim tempore omnes corporis eo tendunt functiones, ut ex natura ejusdem procreent materiam animalem, qua certo temporis spatio typus generis perfici possit. Iisdem ex caussis recedit momentum hujus systematis aetate vigoris, quod nunc tantum formata conservare studet usque ad decrepiditatis tempus, quo et ipsum debilitatum resorptione adaucta harmoniam quandam sustinere tendit. Tandem ut primum vivit sic et emortuo jam corpore ultimum movet succos ultimumque vitae emittit halitum. His breviter expositis disputemus necesse, qua ratione hic organorum cyclus conjunctus sit cum ceteris systematibus. Videmus haec organa composita generatim quidem, omissis omnibus profundioribus anatomiae disquisitionibus, ex tela cellulosa, vasis venosis, arteriosis, innumerisque nervorum ramulis, qua ex compositione satis jam elucet minime hoc systema esse solutum et solitarium contra arctissime esse ceteris adnexum. Prae ceteris pendet ex nutritionis organis centralibus, quibuscum constituit systema vegetativum, inde videmus et haec et illa aequaliter procedentia et regredientia; sic in scrophulosi ex initio quidem digestionem imminutam et alienatam post glandularum actiones inhibitas et specifice mutatas, sic in potatoribus primo ventriculum destructum post glandulas atrophia corruptas.

Ex altera parte inhaeret quodammodo systemati rritabili imprimisque venosae ejus parti, ita ut nec glanlulae nec venae affici possint solae et per se; inde Calomelanos ingens effectus in excitanda glandulaum actione, simulque adaucta apparet hepatis secretio bdominisque sic dicta tota venositas. Accipit exenosa irritabilitatis parte materias, corpore alienas, uae excernantur, tradit contra venis materiam nucer paratam ut perveniat in circulos majores, ita ut uodammodo venositas continuatio systematis glanularum vocari possit; quamobrem maxima certe est similitudo inter morbos hujus systematis et verum, sic inter lymphaticas inflammationes et phlebilem et quod ad originem, celeritatem nec minus riculum. Mirum ergo nobis fieri non potest, si et s novissimis temporibus ab auctoribus maxime reiciendis permulti systematis glandularum morbi vesitati sunt tributi et sic vice versa. Audivimus odire tubercula venositate adaucta, quae ex nostra idem sententia originem ducunt ex morboso glanlarum statu, quo materia specifice alienata depour et parasiticarum plantarum more cursum proum prosequitur. Similem in modum spectat ad tema nervosum, qui nexus nunquam sine maximo nno dirimitur. Apparet inde ira aliisque animi ectibus commotis alienata parotidum hepatisque retio idque non minus in hominibus quam in anilibus. Cognita peculiaris illa animi constitutio in

scrophulosi, cui torpida incedenti respondet oppressus et brutus animi status, contra erethicae hilaris et excitatus. Inde procreant facillime evacuationes nimiae uniuscujusvis glandulae morbos tabificos.

Quae res satis inter omnes jam cognitae mirum in modum ad hoc usque tempus omissae sunt a pathologis in declarandis morbis systematis lymphatici certe et origine et eventu maxime obscuris; nec dubium esse potest, quin connexus hic systematum maximi sit momenti in pathogenesi.

Ex natura enim hujus systematis et affinitate ejus ceteris systematibus declaremus necesse peculiarem morborum rationem. Febres sic dictae lymphaticae excellunt lento processu simulque permagna omnium virium dedolatione; malignae saepius ex inopinatu lethales evadunt nec unquam certum finem certasve crises medicus praesagire potest; quippe quod systema aegrotet infimum quidem organisationis tenens gradum unaque summis adnexum. Eodem modo apparet inflammatio in hujus systematis organis; languescit et rarissime tantum ea ratione, quod ad tempus et modum dissolvitur, qua ceterum inflammatio. Eam ob causam in glandulis nunquam sanum procreatur pus, sed fere semper malae ulcerationis praebent signa.

Altera ex parte videmus substantias animales non quidem enecatas circulo hujus systematis allatas iisque quam celerrime totum corpus aegrotans et

quodammodo venenatum, ita ut sera et certa mors plerumque hominem exspectet. Tali modo fiunt dyscrasiae nostrae ad hoc usque tempus arti irridentes, nec minus terribilis hydrophobiae formido. Nam haec venena viventia adhuc corpori tradita sensim totum systema enecant celerrimeque systema nervosum alienant, ita ut corpus et animus evadant corrupta.

Tandem, quod nobis maximum videtur, harmonia systematum peculiari ratione dissoluta glandulae novum morborum genus procreare possunt, cui nomen degenerationis indidere. Hoc tali modo praeparari videmus: ex initio alienatur systema nervosum, quo mox systematis lymphatici immutatio efficitur, deponitur nunc quidem actionibus ejusdem substantia animata et specifice alienata et aliis locis, quae nunc organorum legibus non coarctata et definita vitam peragit propriam, quae organa singula totumque corpus diruit; similem in modum ut plantae mycetoideae crescunt simulque maternas plantas interficiunt.

Haec est tuberculi, scirrhi, carcinomatis, encephaloideos, melanoseos, fungorum terribilis, et obscura genesis. Qui omnes pseudorganismi ex nostra sententia non alia ratione fiunt ac substantia animata alienata aliisque locis deposita (Andral); quae ob vim inhaerentem resolvi non potest, sed crescit et destruit. Spatium tempusque arctius circumscripta

jubent quidem retrahi animum ab consideratione consensus singularum hujus systematis partium cum aliis organis; respiciendus tamen videtur consensus certe maximi momenti cutaneum inter systema et glandulosum; qui morbosis affectionibus praecipue in lucem nobis venit. Videmus complures impetigines metastasibus glandulas versus insignes, sic scabiem nec minus herpeticas formas. Apparet dyscrasia cutanea, dico syphilidem, terribilis interdum nefario glandularum aggressu. Prae ceteris vero incedunt saepissime exanthemata acuta causae post prorumpentis scrophuloseos: sic variolae, scarlatina. — Quod ex mea quidem sententia mirum nobis fieri non potest, cum et cutaneum systema maxima ex parte tantum resorptioni et exhalationi inserviat.

Quemadmodum dividuntur et cetera corporis systemata in plures partes, certis una functionibus definitas, sic non minus systema glandulosum; omissis ceteris nos ad sphaeram organorum genitalium convertamus necesse. Hujus sphaerae summa quodammodo videtur viro testis sicut mulieri uterus, eamque ob causam eosdem morbos in hoc quam in illo mutata forma observamus. Conjunctus est testis ceteris corporis partibus arctissimis vinculis, quae res ad pathologiam hujus organi maxime pertinet.

Est enim organon centrale, inde et systema gangliorum, quod genitalibus inservit, in testiculis arcem tenere videtur, inde demonstrari potest sympathia

systematis vegetativi in morbis testiculi. Cum vero ex testiculis pendeat propagatio generis, initiumque capiat pubertas ex testiculi maturitate, una cum hoc mutatum totum viri corpus videmus et ex integro una et illum et hoc confectum in sene; quid ergo mirum, si totum corpus aegrotat testiculo affecto.

Functio testiculi est seminis comparatio, succi, ut omnes consentiunt, maxime vitalis, finis supremus totius corporis, qua in functione summas suscipiant necesse est partes non minus systema vegetativum quam nervosum; illud suppeditans massam et materiam organicam, hoc vitam animalem et quidem maximam addens; qua ex causa Meckel comparavit hanc functionem in omnibus cum digestione et assimilatione.

Inde apparet secretione nimia minus quidem testis affectus, contra collapsa nutritio, correptum systema nervosum saepissimeque paralytice turbatum. altera parte observaveruut medici ex seminis nimis longa retentione alterationes systematis nervosi furorem usque procedentes, hydrophobiaeque formam imitantes, quod quidem alii, inter quos Beat. Rudolphi, infitias reddunt disputantes incitamento non adlato testiculum non secernere nec ex prodire posse corpori damnum. Quod vero maximum innaturalibus et detestandis incitamentis testiculis adlatis totum corpus debilitatum, omnia systemata alienata, ita ut procreent pseudorganisatio-

nes, animumque ad bestiarum gradum descendentem. Quibus adlatis, ut puto, constat arcte conjunctum esse testiculum systematibus, quae in corpore primum tenent locum. Quae res haud mediocriter comprobatur, consensu et antagonismo hujus organi. Decet primo memorem antagonismum inter cerebellum ex parte, generaliterque inter testiculum ejusque functionem et animi actiones.

Inde conformatio capitis memorabilis in cretinismo iisdemque in hominibus hypertrophia testiculorum quodammodo, et ad summum usque aucta eorum functio simulque animi defectus aut destructio quidem totalis.

Eodem modo in spadonibus totum corpus mutatum apparet, quod systematum harmonia est dissoluta igiturque finem summum sibi assumit corpus in nutritione, iisdemque in hominibus animi evanescere narrantur plures virtutes, inter quas fortitudo, contra concrescere crudelitas et calliditas.

Videmus forte hac ex causa pueri animum volatilem propositique minus tenacem, corpus non harmonia illa florens; viri contra animum firmum, unaquaque virtute splendentem, constantem, corpus omnibus numeris absolutum.

Ita ut his omnibus bene perpensis contendam liceat systema nervosum testiculorum arctissime pertinere ad cerebellum temperamentumque hominis non magis ex cultu et cerebri structura quam ex integro testi-

llorum statu esse deducendum. His omissis ad
ngula organa animum advertamus necesse, quae
sticulis sunt consensu adnexa.

Parotides longe diversa functione cogniti con-
nsu quodam ad testes pertinent, qui in therapia
n minimi est momenti: qua ex causa ex parotitide
paret orchitis viceque versa. Larynx pulmonesque
ipsum hunc consensum non raro poenam solvunt
testiculorum abusu; inde vocis non quidem com-
tatio, tamen incompleta evolutio testibus ablatis,
e, ut nonnulli contendunt, in nebulonibus vocis
citas, phthisis laryngea et pulmonalis. Hepar ve-
ue portae satis arcte conjuncta videntur testiculis;
ue mala bilis ratio, si abutuntur organis genitalibus
piusque vidimus sarcocele, ut contendunt, cultro
ita fungum medullarem ex hepate prodeuntem,
eque finem imponentem. Maxime patet urethrae
testibus consensus, nam quotidie ex urethritide
itidem observamus. Minus constat connexus in-
ni recti cum testiculis inter auctores. Tamen
dubio in blennorrhoeis recti testis functio ab-
est, saepissime haemorrhoides et cirsocele con-
tae sunt, nec minus testiculis laesis prodire vide-
horribile illud recti carcinoma.

Postremo addam liceat veterum medicorum ob-
tionem nostris temporibus plane omissam, sae-
ne ex orchitide prodire genu tumorem, ita ut
c articulum pertineat ad testiculos (Girtanner,

Schwediauer); discernere non possum sitne haec veterum sententia refellenda an nostris temporibus meliore cura hic morbus repulsus, an ob neglectos articulorum morbos non observatus. —

Pars II.

De morbis testiculorum, eorum natura, diagnosi et therapia in universum.

His in universum tractatis ad ipsum pathologiae atrium tutius ut spero procedere possumus. Nam ut testiculus ex anatomia nec minus physiologia totus ad systema glandularum pertinet, eodem modo et omnes morbi hanc naturam prae se ferunt. Sunt plerumque morbi et organo et corpori maxime periculosi, nihilominus tamen lentum tardumque processum observantibus praebent, quo non satis versati haud raro ad negligentiam perducuntur. Incipiunt ex parvis et vix respectis initiis lento procedunt nec pro rei magnitudine, gravi dolore insignes, sine omni totius corporis consensu et sympathia.

Tandem ad magnum jam si pervenit gradum morbus, prorumpit hoc totius corporis damnum dolosa interdum, ut videtur, ratione, quam interdum non bene declarare nobis possumus; eadem enim via qua morbus in organo ipso incedit eadem et cetera corporis systemata aggressus est lento et tuto, qua ipsa ex causa et hic in totum corpus effectus

periculosior plerumque apparet quam in multo graioribus morbis.

Cujus coeffectus si contemplamur naturam minime comparandus est illi, quo corpus dolet aliis organis affectis, nam in his plerumque ex morbi genere excitatum et inflammatorie compulsum corpus apparet, quod videmus in linguae, digitorum morbis, ut taceam de gravioribus, contra aegrotante testiculo depressum et ad inferiores gradus reductum corpus videmus febreque superveniente magis haec ad nervosas quam ad inflammatorias pertinere solet. Quod mea ex sententia hac ex causa fit, quod ut supra demonstravimus testiculus cum toto glandularum systemate ad vegetativum maxime systema pertinet, quod inferiorem vitalitatis tenet gradum.

Tendit hic coeffectus praecipue ad duo organa, systema gastricum dico et nervosum; videmus magnis in morbis hujus organi appetitus defectum, dolorem in epigastrio prementem, linguam tetro copertam muco, alvum interdum pertinaciter adstrictum; contra incedit systema nervosum laesum tremore artuum miraque coenaestheseos laesione idque modo, ut ceterum hilares et bene vitam agentes homines nunc tristes irritatique appareant.

Inter organa, quae simul cum testibus saepissime afficiuntur, primum tenent locum collum quidem omnino imprimisque larynx; vidimus igitur non raro anginas et parotideam et pharyngeam, quae postrema

interdum observatur ea forma, ut conquerantur aegroti de dolore gulae difficultateque glutiendi inspicientique nec rubor nec tumor appareat, quod genus nonnulli medici anginam hypochondriacam nominavere. Eodem modo vox rauca et depressa catarrhalem laryngis et pulmonum affectionem indicare videtur.

Ex altera parte et hepar turbatur in morbis testiculi, simulque vena portarum in universum, inde dolores haemorrhoidales in orchitide aliisque hujus generis indeque fortasse et symptomata illa gastrica in acutis testiculi morbis. —

Ne quidem si magnum attingunt hi morbi gradum, etiamsi acuti irritabile systema afficitur, eamque ob causam pulsus raro tantum invenimus mutationes. Ut puto, quod minus pertinet systema arteriarum ad glandulas quam venarum. Si ad causas morborum testiculi nos convertimus memorabile invenimus discrimen inter hasce et illas morborum aliarum partium.

Non enim primum tenent locum magni et repente organa exstinguentes effectus, sed multo magis lentiscentes sensimque vitalitatem organorum opprimentes.

Si ergo omittimus causas specificas, de quibus post agamus necesse, prae ceteris vis premens et repente admota et sensim et per longius tempus testiculis adlata est nominanda; haec praecipua causa

idetur externa in morbis testiculis, contra ictus et
cisiones bonis instrumentis perfectae levi plerum-
ue recipiuntur reactione. Inter causas internas ea-
em ratione non videmus magnas corporis excita-
ones ad haec organa influere contra praecipue ut
cavere venositatis adauctae turbationes.

Si et hujus rei perquirimus nexum et causam
ita dicam causarum, rejiciamus et hoc loco lecto-
m ad vitalitatem communem systematis glandula-
m necesse. Vegetatio summum in hisce organis
et locum, quamobrem soluta cohaerentia facillime
va substantia restituitur, contra si vis vitalis jam
initio debilis minuitur materia organica harum
tium fere legibus naturae vulgaribus subjicitur et
illime resolvitur.

Quod ad exitum, in morbis testiculi fere nus-
m crises observantur; involvit enim ut constat
eos notio actiones fortissimas systematis irritabilis
quidem arteriosi nec minus partium cerebri et
lullae spinalis quae maxime ad vitam ipsam per-
nt.

Contra finiuntur et acutissimi testiculorum morbi
lentissima; longe jam validum sese putat aeger,
en restant reliquiae morbi, quae facillime recidi-
eum reddunt aut homini in memoriam per to-
vitam restant. Et hae mihi res bene ad orga-
m naturam quadrare videntur et ad vim vitalem
m parvam referendae.

Prognosis medico (nam quod ad vitam plerumque est bona) in nullo testium morbo certa exstare potest. Praeterea clandestina ratione in alios transeunt morbos, quod raro tantum satis justo tempore intelligitur, ut impedire possit medicus.

Quas res si omnes complectimur, therapiae hasce imprimis leges educere possumus.

Reprimenda in omnibus testiculi morbis vegetatio nimis luxurians jam per se, ne per morbosas irritationes ad productiones alienas perveniat, quarum finem nec prospicere nec adducere possumus.

Ex altera parte parcamus necesse in his morbis systemati irritabili et nervoso, ne jam imminuta et depressa ad minimum usque conducantur, eoque idem damnum quam systematis vegetativi elevatione nobis afferatur.

Pars III.

De morbis testiculorum speciatim, imprimisque de sarcocele, eorum natura, diagnosi et therapia.

Si de morbo tam occulto et minime definito scripturus breviter complectitur praecipuas hujus organi affectiones, nec alienum nec ineptum videri potest. Jam igitur ad inflammatorios me converto morbos, quorum primum locum tenet orchitis, phlogosis et loco affecto et caussis satis varians. Vidēmus inflammationem hisce praecipue incedere si-

nis, tumescit testiculus indeque pyro similis apparet: cu-
s apex ad annulum abdominalem est situs, scrotum
lerumque tensum erysipelatoseque rubefactum et splen-
ens, tangenti ex varia aetiologia diversus occurrit
nsus; saepissime tantum locus posterior organi aut
ididymis tumefacta et dura apparet proceditque
mor ad annulum abdominalem ex funiculi sper-
atici processu; hanc vocavere formam epididymi-
dem, ceterum excellentem impatentia pressus do-
ribusque ad renes usque procedentibus; haec ex
ethritide plerumque originem ducit partim con-
nsualiter partim antagonistice adducta. Hanc for-
am praecipue jubet Delpech Cubebis curari. —
Contra orchitis traumatica aliam praebet
eciem: magis enim ipse testiculus est intumefa-
us, minus durus, epididymis funiculusque sperma-
us minus affecti, scrotum plerumque sugillationi-
s insigne. Exstat orchitidis genus venosum, quod
aecipue in haemorrhoidariis occurrit, tempore par-
ysmorum hujus morbi refrigeratione productum.
sticulus omnino non durus, dolore obtuso ad re-
onem sacralem vergente, scroto livido, vari-
ous inflammatis insigni (Puchelt et Franco-
lli). Omne genus orchitidis majorem attingens
dum vetat hominis motum, incedit enim aeger
pansis extremitatibus inferioribus prono corpore.
uod ad curam antiphlogistice agamus necesse, sed
nus stricte et active, quod jam per se morbus fa-

cillime redit organoque nimis debilitato id vehementer auctum apparet. Praeter genus illud, quod interdum epidemice observatur ex parotitide, occurrunt gravissima interdum vulneribus testium, quae ex naturae sapientia raro tantum occurrunt; cognoscimus testiculum laesum omnino quidem vulneris profunditate, tum vero tunica albuginea, quae inde non raro nobis in conspectum venit, praecipue autem filiformi vulneris secreto, quod ex ductibus seminalibus semineque ipso constare narratur. Excellunt haec vulnera mala sane et plerumque longa curatione, quae glandulis quidem omnino propria, in testiculis secreto illo granulationem inhibente scrotique quodammodo perniciosa natura augetur; hoc enim laxa praetermodum tela cellulosa indeque male suppurante excellit. Curemus inde ex initio jam, sublata acutissima inflammatione, vitalitatem organorum adaugeri, scroti vulnus bene purgari illamque filiformem materiam non turbari; haec enim, clausis ductibus seminalibus facillime granulatione obducitur. Cicatrix post apparens est attracta taliqne modo, ut scrotum in marginibus adhaerescat testiculo, quod et in celeris glandulis fit, sed non semper tali modo apparet. Minus acutis et tamen satis vehementibus ictibus aliud morbi genus fit Haematocele; hoc loco de vera testiculi nobis est sermo: vehementi testiculi ictu non raro oritur tumor mox satis magnus, rotundus plerumque ad fundum magis

scroti conversus, initio quidem non durus, post inflammatione durescens, interdum fluctuationem praebens, si magnum recuperat gradum, testem animadvertere sensu non possumus, scrotum lividum apparet idque post augetur, non evanescit, ut in orchitide traumatica simplici, tum intelligas sanguinem esse effusum in tunica vaginali, removendum methodo antiphlogistica et tantum omnibus remediis vanis et irritis punctionem esse permittendam (Bell, John). Observavit Paletta nonnullos casus certe memorandos hujus haematoceles; in senibus, plerumque cachecticis putrida humorum solutione, apparuit haematocele nulla vi mechanica admota celerrime accrescens nullique remedio cedens, tum gangraena ad mortem conducens.

Orchitides rarissime tantum ad suppurationem procedunt; si vero inviolata materia ipse testiculus id patitur, nominavere jam veteres hunc morbum pyocelen; inflammatio antea summum attingit acumen, tum remittit tumor, plerumque in fundo testiculi una cum duritie, et fluctuatio apparet. Nunquam vero, quod veteres contendere, perrumpit pus tunicam vaginalem et innatat tum testiculus puri, ut in hydrocele aquae, sed inflammatur tunica vaginalis, simul cum scroto, concrescunt, attenuantur et simul perrumpuntur, ita ut pus extrorsum evacuetur (Dieffenbach). Certissimum pyoceles, nondum pure producto ad lucem, est signum oedema scroti sae-

pissimeque ipsius praeputii (Rust). Quod ad pyoceles curationem pertinet, eodem modo curanda ut jam supra memoratum de vulneribus.

Prae ceteris, ex glandularum natura, tendit inflammatoria affectio testiculorum ad indurationis varia genera, et quidem eo magis si inflammationis gradus non erat magnus aut acri antiphlogosi nimis reducebatur. Saepissime occurrit induratio localis imprimis epididymidis, interdum tamen et vidimus totalem indurationem praecipue dyscrasia scrophulosa effectam. Perdiversi sunt gradus indurationis usque ad ossificationem. Animadvertimus locum induratum, circumscriptum, non dolorificum nec per se nec tactu insultatum, cutis scrotalis ne minimam quidem degenerationem aut plane immutationem morbosam praebet. Interdum praecipue male curata induratio ad alieni corporis rationem suppurationem eamque pessimam et valde chronicam excitat, nunquam tamen, quod veteres medici putavere, ad carcinomatosam degenerationem sese convertere potest; nam ex ove venenum non comparatur. (Rust.)

Exstat, ex sententia Brachet, rarum indurationis genus; intumescit testiculus nulla inflammatione sensim sensimque, initio quidem non admodum durus, post repletione inflammatur et nil respecta methodo antiphlogistica ad suppurationem et ulcerationem tendit, quibuscum simul semen evacuatur. Hoc genus vocavit Brachet spermatocelen putatque

fieri ex retentione seminis modicoque coitu esse curandum.

Alius inflammationis finis est exsudatio magnae seri copiae intra saccum tunicae vaginalis, cui nomen hydroceles indidere. Tumor et hic testiculi pyriformis, usque ad annulum abdominalem extensus, quo arcte intenditur scrotum et plerumque colorem magis albidum sibi assumit, fluctuationem humoris fere semper animadvertamus licet, ipsum testiculum sentire non possumus, quod ex omnibus partibus aqua circumdatur; si simplex est morbus neque symptoma morbi testis majoris momenti, adlata flamma per humorem testiculum conspicere possumus. Occurrit hic morbus non raro quidem, si orchitis nimis magnum attigit gradum praecipueque tunicam vaginalem aggressa est eadem ratione ut et pleuritis exsudatoria apparet; saepius tamen symptoma dyscrasiarum imprimis scrophuloseos esse videtur, quae et ipsa inflammatione chronica procreatur, talem originem et prodere videtur si congenita observatur. Quibus rebus constat nos caute tantum operationem hydroceles instituere posse eamque non in omnibus casibus simplicis hydroceles esse permissam, etiamsi negari non potest remedia externa et interna in adultis ad resorptionem esse vana. Relictis morbis inflammatoriis jam obviam veniunt morbi nutritionis testiculi, inter quos prior Hypertrophia, de qua omnino dissentiunt clarissimi autores; non enim vi-

detur fieri posse, ut organon tantae dignitatis, ad membranarum rationem, hypertrophia corripiatur; contendunt ergo nonnulli id accidere posse degeneratione tunicarum serosarum. Haec ita se habeant. Observatur interdum testiculi tumor lente accrescens, forma omnino non mutata, sine ullo dolore aut alia morbosa affectione digito tangenti sana consistentia apparet; huic incremento respondet interdum harmonice adaucta testiculi functio (Mangetus) et ad vitae usque finem ceterum bona valetudo concervatur, etiam si suspensorio sint coacti secum testiculos circumgestare. Hanc formam hypertrophiam vocavere, rarius tamen observatur, ita ut de hac re non bene dijudicari possit.

E contrario Atrophia saepius invenitur, immo ut Clarke, alii contendunt in terris circuli meridiani endemica. Vidimus eam ex laesa arteriae spermaticae functione; recedit testiculus usque ad pisi magnitudinem simulque flaccidus functionique inutilis est. Causae hujus morbi partim sunt mechanicae arteriae obturationes, partim dynamicae, si ex communi corporis tabescentia prodit; haec et causa atrophiae endemicae esse videtur; nec restat omnino tunc medela satis apta.

Reliquum est, ut de Cirsocele disputemus sive de morbis testiculi ex venositate adaucta. Et hic morbus lento gaudet decursu, increscit testiculus non admodum et potissimum localiter, qui tumor simil-

imus est lumbrico convoluto procedens ad venarum
viam earumque ratione inaequalis. Construitur haec
forma imprimis coagulato in vasis sanguine et indu-
ratis eorum membranis. Causae praecipuae viden-
tur physconiae in systemate venae portarum, prae-
terea autem locales et vita lubrica, libidinosa. Con-
tendere nonnulli interdum ex Cirsocele fieri sarco-
celen, quod plane negandum; contra saepissime anteit
hic morbus sarcocelen, nam uterque similibus caus-
is innituntur. Studui hac brevi morborum testiculi
expositione valde omnes a sarcocele et signis et ori-
gine imprimisque vera natura differre.

Etenim praeter inflammatorios et hosce nutri-
tionis morbos exstat morbus nisu formativo alienato
productus: hunc sarcocelen nominemus licet; quam-
quam bene cognitum habemus fere ingentem exstare
numerum morborum testiculi hujus classis, quos nos
tantum forma differre putamus; huc pertinent fun-
gus medullaris et haematodes, carcinomatis varia
genera, tuberculosis testium, quos si omnes
uno nomine complectimur tantum, Walther, alio-
rum sententiam sequimur, qui jam demonstravere eos
solum fortuito forma differre.

Jam si ad causam proximam procedimus, valde
dissentiunt autores de hac re nec omnes eorum sen-
tentias lectori proponere possumus; tamen reduci
possunt omnes ad quattuor praecipue generalia ju-
ra.

Veteres (Richter) ad inflammationem et hoc morbi genus retulere; chronica putabant inflammatione sensim sensimque massam in organo deferri, quo tandem induratio prodiret, quae indurata ad summum conducta scirrhum nobis praebere posset, qui exulceratus ad carcinoma transiret. Tali sententiae repugnant non modo theoria, verum etiam experientia et anatomia pathologica. Nam nimis celeriter non raro scirrhum exoriri videmus, quod induratione et inflammatione chronica fieri non posset. Simul invenit nostris temporibus pathologica anatomia materias organicas fere semper aequales, quae sola inflammatione comparari non possunt. Ex altera parte intelligere non possumus, quanam tandem ratione inflammatio chronica ablato chirurgice organo aegrotante ex integro longe diversum locum corripere posset nec prius finem attingeret quam mors omnibus organicis actionibus finem imponeret. Exstat altera sententia de hujus morbi origine ne nostris quidem temporibus omnino remota (Chelius). Putant dyscrasiis syphilide et scrophulosi imprimis degeneratis hunc fieri; et quidem inflammatione chronica specifica. At videmus saepissime syphilidis et scrophuloseos detestandas revera formas, curis omnibus neglectis nihilominus tamen nunquam nostris sub oculis apparet scirrhi aut carcinomatis initium. Praeterea jam ex multis aevis comperimus certas dyscrasiarum esse formas nec unquam alias occur-

rere, immo certas harum formarum esse in organis sedes; tamen nunquam expositum est carcinomata esse syphilidis formam, aut certam habere carcinomata sedem. Tertia nostris temporibus adlata sententia est. Contendunt enim si systematis vegetativi destructione ille corporis status adductus sit, quem venositatem adauctam vocant, substantiam animalem ex initio quidem non satis moveri, tunc alienis locis admoveri ibique propria vitae hujus materiae ratione produci illa pseudorganismorum genera, quae tunc actionibus vitalibus totum corpus destruerent mortisque formam vere tristissimam adducerent. (Puchelt, Sundelin.) Quam sententiam si omnino rejicere non possumus, tamen non plane probabimus; etenim si substantiam illam animalem systemate venoso deponi concedimus, non satis intelligimus quanam ratione illam vim destructoriam materia ceterum insons et mitis recipiat; cur tandem naturae medicatricis vis, quae ceterum tantum valet, eam ejicere non possit.

Tandem ad quartam transeamus sententiam liceat, quam et nos sequimur. (Walther compluresque Francogalli). Comparatur ut supra ostendimus materia animalis simplicissima in systemate lymphatico simulque in omnibus his pseudorganismis hanc simplicissimam ex initio quidem substantiam invenimus. Accipit haec materia vitam specificam ex systemate nervoso eamque ob causam deducamus

necesse alienam et morbosam ejus rationem ex morbosis systematis nervosi affectionibus, et quidem in illa ejus parte, quae glandulis est contributa ex systemate gangliorum. Hujus systematis morbi partim adaucta partim minuta actione excellunt, quae tamen non nisi quantitative ad materiam redundant, praeterea autem ejus exstat alienata functio, cui Cachexiae nervosae nomen indidere, hac sola qualitativa vitae immutatio prodire potest. Talis nervosa cachexia productum aut si mavis crisin quasi secum fert illos pseudorganismos, quorum germina (substantia illa animalis alienata) systemate nervoso ad singula organa eorumque partes conducuntur. Demonstravimus supra materiam animalem ceterum homogenam actione singulorum systematum immutari specifice, indeque producuntur, ut quidem putamus, varia pseudorganismorum genera natura quidem aequalia. Interfici et ejici non potest haec materia morbosa in singulis organis, nam iisdem ibi recipitur systemate nervoso quo est comparata. Dum in organis propriam consequitur vitam, destruitur magis magisque corpus, quod individualem et singularem amittit naturam. Prima totalis organismi reactio ex systemate venoso et lymphatico nunc originem trahit, quae malam hanc recipiunt materiam; febris inde est quae plerumque ab hominibus et medicis non animadvertitur, saepius tamen intermittentis formam praebet. Si vero stadium incipiunt vitae se-

cundum pseudorganismi aut stadium destructionis, redundat inde consensu ceterum systematum dyscrassia cum febre hectica mortem adducente.

Ita ut, si comprehendimus breviter hanc sententiam, pseudorganismi Cachexia nervosa producantur eaque peragantur.

Contemplaturi jam remotas causas hujus morborum generis concedamus necesse, ex experientia omnis aevi, hanc Cachexiam nervosam tantum perlongo saepiusque recurrente in organismum impetu fieri nunquam acutis et fortibus effectibus. Habemus inde clarissimorum sententiam virorum chronica id fieri, non quidem inflammatione, sed irritatione organorum. Quod si recipimus idque ex experientia nobis assumimus, pseudorganismos frequentissime et imprimis formidolose in genitalibus occurrere, contendere possumus onaniam frequentem esse eorum causam; haec debilitat et alienat simul systema nervosum, saepiusque observaverunt medici priorum temporum ex tali causa carcinomata, exempli gratia in coenobiis (Richter). Procedit ex altera parte scrophulosis nostri morbi ex omnium scriptorum sententia frequens causa, nec difficile videtur eundem nexum demonstrare. Similem in modum nominavere veteres syphilidem nec ego hoc negare possum, tamen alia ratione declarem quam illi. Non contagio syphilitico producitur carcinoma, alia, sed destructione systematis nervosi partim voluptate innaturaliter mota

partim remediis vehementissimis adducta. Inde fortasse in scortis tantopere occurrit Carcinoma uteri, mammarum.

Concedamus tandem necesse saepissime nos veram hujus morbi causam indagare non posse, nam maxime obscura ad hoc usque tempus ejus origo.

Inter genera simplicissimum longe videtur tuberculum, quod sola substantia albuminosa compositum videtur; apparet hoc in testiculis ad hoc usque tempus proh dolor! tantum cultro anatomico, non enim exstant certa ejus symptomata. Licet tamen putemus saepius apparere tuberculum in testiculis, complecti tamen a medicis nomine sarcoceles ob anatomiae pathologicae difficultatem. Accedit huic simplicitate structurae fungus haematodes testiculi rarius quidem observatus fortasse eadem ex causa ac tuberculum. Apparet tumor testiculi celeriter et valde increscens funiculo spermatico plerumque simul aegrotante, scrotum intenditur et mox cum testiculo concrescit, praebet scrotum colorem coeruleum post nigrescentem venarum varicositate insignem, tangenti apparet testiculus inaequalis nodosus et mollis. Excellit hoc genus simulac fungus medullaris rapido ad lethalem exitum progressu. Disquisitionibus anatomicis comperimus praecipue systema venosum esse affectum tali modo, ut ingens vasorum numerus denuo sit conformatus, tamen ita ut interjecta sit substantia animalis degenerata.

Fungus medullaris et hic tumorem similem praebet, colorem tamen scroti non immutatum, eodem modo varicibus insignem, tangenti videntur loci nonnulli molles, contra alii indurati ad cartilaginis et ossis duritiem, aeger et medicus fluctuantem sentiunt humorem. Excellit uterque fungus, quod quamquam scroto increscens nunquam tamen id perrumpit, immo ne quidem laeso scroto in apertum venit, ut Chelius observavit, quod in aliis organis non eadem ratione occurrit. Est quidem hic fungus massa alba albuminosa cerebro et chemicis partibus similis multis dissepimentis partita et arteriosis imprimis vasis decorata; ita ut altiorem formationis gradum attingere videatur.

Carcinoma testiculi verum sive sarcocele stricte sic dicta; intumescit testiculus, ita ut mox verum discrimen inter epididymidem et testem sentire non possis; tangenti digito apparet aut firma et dura carnis congeries sine tuberculis et nodis, sarcoma verum, aut inaequalis, nodosus, cartilagineus tumor, scirrhus testiculi, aggreditur hic morbus simul funiculum spermaticum, glandulae inguinales intumescunt, cutis scroti concrescit tumori, tandem tumor loco ullo emollescit et prorumpit ulcus saniosum fundens pus, marginibus arcte circumscriptis et reflexis aut circumvolutis, basi aut splendente aut fungosa, carcinoma testiculi verum. Disquirenti apparet materia dura, steotomatosa colore rufo aut gri-

seo cellulis insignis, quibus secernitur sanies illa supra memorata, ita ut haec forma summum organisationis gradum attingat.

Restant Intumescentia sive Carcinoma encephaloideum et melanoticum, de quibus nil addere possum, quippe quae nec observavi nec in libris satis exposita inveni (Abernethy, Alibert.)

Prognosis horum morborum tantum tristissima esse potest et ex nostra sententia nimis fausta ab autoribus est proposita, quod inde fieri videtur, quod diagnosis valde obscura haud raro fallit medicos. (Rust)

Jam ad curam me converto nec lectoris tempus corrumpam proponens vana ex omnibus temporibus medicamenta. Hoc tamen addam liceat nos plerumque dyscrasiam illam supra memoratam ingredi medicamentis, nec fieri posse tum bonum effectum, quod totum corpus sit venenatum, qua ex causa et rejicienda sit operatio sarcoceles; incidimus enim dyscrasicum corpus, cui crisis quodammodo exstat sarcocele, ablato ergo testiculo aliud organon aggreditur. Non quidem medicorum studio accepimus certam diagnosin Cachexiae nervosae, qua tandem producitur Carcinoma in universum, hac tamen accepta spero fore ut medici medicamentis alienationem adferre possint, qua evitetur tristis hujus morbi eventus.

INDEX LIBRORUM QUIBUS IN ELABORANDIS HIS PAGELLIS USUS SUM.

Mueller, de structura glandularum.
ndral, anatomie pathologique.
tto, pathologische Anatomie.
eckel, pathologische Anatomie.
ictionnaire des sciences médical.
aennec, die unmittelbare Auskultation. 2te Ausgabe.
ruveilhier, anatomie pathologique.
libert, les maladies de la peau.
arrey, mémoires de chirurgie militaire.
aunoir, vom Mark und Blutschwamm.
st's Journal für die Chirurgie.
Gräfe und v. Walther, Journal für Chirurgie und Augenheilkunde.
Gräfe, von der Telangiectasie.
Walther, neue Heilart des Kropfes.
rtanner, von der venerischen Seuche.
st, praelectiones de chirurgia speciali.
uge, praelectiones de chirurgia generali.
effenbach, chirurgische Erfahrungen, et praelectiones clinicae.
Wenzel, über die Krankheiten des uterus.
lleri, disputationes chirurgicae.
rgagni, de sedibus et caussis morborum.
chter's Wundarzneikunst.
cherand, nosographie chirurgicale.
yer, über chirurgische Krankheiten.
st's chirurgisches Lexikon.
rdrop's Beobachtungen über den Fungus haematodes.
se, diss. de fungo medullari.
yen, von der Natur parasitischer Geschwülste etc.

N. Chiron, Journal für Chirurgie etc.

Heusinger, Untersuchungen über die anomale Kohlen- und Pigment-Bildung.

Noack, de melanosi cum in hominibus tum in equis obveniente.

Warner, Krankheiten des Hodens und ihrer Häute.

Pott, vom Wasserbruch und andern Krankheiten des Hoden.

B. Bell, vom Wasserbruch und andern Krankheiten des Hoden.

v. Frorieps chirurgische Kupfertafeln.

Berends Vorlesungen etc. ed. Sundelin.

Sundelin, die Krankheiten aus materieller Ursache.

A. Cooper, Erfahrungen über Brüche des Unterleibes.

J. Bell, Natur und Heilung der Wunden.

VITAE CURRICULUM.

...go Eduardus Pommer natus anno MDCCCVIII
...arthenopoli parentibus jam defunctis, confessioni
...angelicae addictus sum; gymnasia, quae in metro-
...li florent, frequentavi maturitatisque testimonium
...ceptus anno MDCCCXXIX civium instituti Friderici
...uilelmi medico chirurgici numero adscriptus sum,
...que per quadriennium hisce praelectionibus interfui:
Cel. Wolff de hodegetice, logice et psycholo-
..., Cel. Turte de physice, chemia et pharmacia,
Link de historia naturali, botanice, toxicologia
de plantis cryptogamicis: Beat. Hermbstaedt
pharmacia et chemia, Ill. Schulz de botanice,
...at. Knape de osteologia, Beat. Rudolphi de
...yclopaedia et methodologia medica, de anato-
...a corporis humani universa, de anatomia or-
...orum sensuum foetusque humani et de physiolo-
..., Cel. Eck de physiologia, Ill. Schlemm de
desmologia, splanchnologia, Beat. Knape et
...t. Rudolphi de arte cadavera rite dissecandi,
Fr. Hufeland de pathologia generali, se-
...tice, therapia generali et speciali, Ill. Horn
pathologia speciali, de morbis syphiliticis et
...tis, Ill. Osann de materia medica, Cel.
...per de arte formulas medicas concinnandi,
medicina forensi, Ill. Kluge de arte fascias rite
...icandi, de arte obstetricia, de ossibus fractis et

luxatis, de chirurgia generali, de akiurgia, Cel. Jüngken de akiurgia, de chirurgia speciali, Cel. Dieffenbach de herniis, Cel. Hecker de Celsi de medicina libris, de epidemiarum historia.

Exercitationibus clinicis medicis interfui virorum Cel. Wolff, Ill. Bartels, Perill. G. Hufeland, chirurgicis Ill. Rust, Ill. de Graefe, obstetriciis Ill. Kluge, ophthalmiatricis Cel. Jüngken, veterinariis Cel. Hertwig. Quos omnes praeceptores clarissimos et doctissimos pio gratoque animo semper venerabor.

Studiorum cursu peracto per annum medico-chirurgi inferioris munere in nosodochio Caritatis Berolinensi functus sum atque fungor.

Jam vero tentaminibus et philosophico et medico nec non examine rigoroso absolutis, spero fore ut dissertatione thesibusque defensis summi in medicina et chirurgia honores in me conferantur.

THESES DEFENDENDAE.

1. Gangraena nosocomialis in sanandis ulceribus non raro adjumentum exoptatissimum.
2. Prima intentio in amputatione praeferenda, si indicationes non vetant.
3. In operanda hydrocele culter ceteris operandi methodis praeferendus.
4. Si fieri potest Keratotomia sursum vergens deorsum tendenti praeferenda.
5. Emeticum omnino tantum in gastritide contraindicatur.